



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 21. Deus nullu[m] permittit aut immittit malum nisi ut inde eliciat
bonum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

Non nisi medijs è spinis videmus efflorescentes rosas, nec à Deo electos ascendere ad culmina honorum nisi per ignominias, opprobria, exilia, & adversa varia. Hoc est quod dixit Sapiens: *antequam glorificetur, humiliatur*. Descensu ascensum, ignominia gloriam, adversis prospera mereri necesse est. Descendite clamat S. Augustinus, descendite qui ascendistis in altum, alioqui peribitis, fugiendo adversitates incidistis in illas, cecidistis enim ascendendo. Non est alia via perveniendi ad gaudium quàm via crucis & afflictionum; nec brevior ascenditur ad gloriam quàm descensu ad tolerantiam opprobriorum.

§. XXI.

Deus nullum permittit aut immittit malum, nisi ut inde eliciat bonum.

In hanc rem uti possumus illis verbis quæ Deus per Prophetam suum Isaiam nuntiare jubet omnibus justis, nimirum quidquid illis miseriarum ac calamitatum acciderit, in bonum illorum cessurum. *Dicite justo, quoniam bene.* Isa. 3. Dicite, inquam homini justo, ne graviter ferat persecutiones, quas sustinet, & damna quæ patitur in bonis temporibus: fiduciam ne perdat & animum divinæ voluntati conformem; dicite illi Dei nomine quod

quod iubeat ista omnia bene feliciterque
 evenire. Sed quid ais Propheta sancte: Homo
 iste causa cadet in iudicio, unde bonis omni-
 bus evertatur; an tanta iactura non sufficiat
 ad iustissimum mœrorem? Dicite iusto quoniam
 nam bene. Dicite quia fallitur si mœrorem
 idcirco putat: non est mœroris ista, sed con-
 solationis potius materia. At uxorem etiam
 & liberos mors immatura eripuit; num po-
 test non contristari? Dicite iusto quoniam be-
 ne. Etiam contemnitur ab omnibus; à quibus
 prius colebatur, ij nunc vix dignantur illum
 salutare vel alloqui. Dicite iusto quoniam
 bene. Dicite ut meliora speret, retineat in
 Deo fiduciam; novit ille cur eum sic trahat,
 probat illum, sed faciet cum tentatione pro-
 ventum, videbit aliquando & agnoscat ad-
 ista quam patitur adversitate salutem suam
 gloriam dependisse æternam. Discernit ac-
 curatè Deus quid faciat aut ubi feriat, cum
 hominem affligit, ideoque in Scriptura sacra
 comparatur Monocerotus unicorni, qui cum
 cornu gerat intra oculos, non verò supra fron-
 tem, ut Taurus, cum ferire vult quem per-
 ita ictum visu moderatur ut rectè impingat
 quo dirigebat, nec aberret unquam; ac verò
 taurus cœco quasi impetu fertur in id quod
 occurrit, nec videt quid & ubi tangat; unde se-

fapi
 Novi
 plaga
 cior
 non
 quem
 quo
 non
 tes et
 rem f
 nis &
 pote
 quan
 cia ea
 diceb
 relig
 turni
 imm
 tas ha
 bigin
 finen
 A
 rari
 gnifi

fæpius diffundit levem aërem & secat ventos.
 Novit Deus tibi feriendum sit, nec tamen
 plaga quam infligit ad nostri tendit interne-
 cionem, sed ad sanationem, sicut chirurgi
 nonnunquam secant ut sanent, & Monoceros
 quem vulnerat, sanat, eodem enim cornu
 quo ferit, medicinam facit. A deo afflictiones
 non modo perficiunt innocentes, sed nocen-
 tes etiam & peccatores reducunt ad melio-
 rem frugem. Et sanè cujuscunque conditio-
 nis & status hominibus saluberrimæ sunt, ut-
 pote quæ non aliter nobis à Deo proveniant
 quam nostra in divinam providentiam fidu-
 cia eas susceperit. Aut es aurum, aut ferrum,
 dicebat olim quidam sanctorum adolescenti
 religioso qui querebatur de morbi sui diu-
 rurnitate; quidquid verò responderis ajo te
 immerito conqueri; nam si aurum es, infirmitas
 hæc te probat & purgat: si ferrum es, ru-
 biginem omnem abstergit; ad alterum ex his
 finem vult te Deus hoc morbo vexari.

§. XXII.

Memorable exemplum de hac re.

AD confirmandam hanc veritatem ex in-
 numeris quæ in hanc rem commemo-
 rari possent exemplis, unum seligo relatu di-
 gnissimum quod habetur in vitis Imperato-
 rum